HIERONYMUS
um 836/859 Seite 119r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



arabiam & de filiis terrae foederis. hoc est de po
pulo iudaeorũ cũ illis gladio cadat; pro quib;
gentibus septuaginta posuerũ per sae & creten
ses & lidi & libyes & omnis cõmixti & filii testa
mẽti mei cum ipsa gladio cadent. & ut sciremus
has omẽs gentes fuisse in auxilio aegypti. se
quens sermo demonstrat & corruent fulcien
tes aegyptũ. siue sustentacula aegypti idest
socii & omnis superbia imperii siue contumelia
fortitudinis illius destruetur. hac deponetur a turre soene
quam in extremis finib; aegypti sitam dixi
mus. siue a magdolo usque soenen. sicut septua
ginta transtulerunt. omẽs ciuitates aegypti
deserte erunt. ut cognoscant dnm̃ quando
ignis chaldaeorũ uniuersa uastauerit & atriti
fuerint auxiliatores eius & peruenerint nun
tii iuxta aquilam & theodotionẽ. siiim̃. quos
symmachus transtulit festinantes nos in trie
res uertimus; Ita enim ab hebraeis accepimus.
ut omẽs & hiopiae fiducia conteratur & quando
fuerit uicina prouincia desolata pauor teneat
proximas; ut autẽ sciremus quies & iste gladius
qui uastaret aegyptũ & terreret a & hiopiam.